



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

De ratione visitandi ecclesias & monasteria quae in potestate sua habet
chorepiscopus. Capvt LV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

ANNO CHRISTI 335. De ratione visitandi ecclesiæ & monasteria quæ in potestate sua habet chorepiscopus.

CAPVT LV.

Chorepiscopus cum visitat ecclesiæ, & monasteria quæ sub potestate sua habet, videat an paucisint, vel desint fratres, & sorores; congreget seniores castelli, & prædicet, atque exponat eis scripturas sacras; eosque de omnibus sanctis præceptis admoneat. item interroget, an habeant filios, aut filias, & faciat ut ad se adducantur, ut signet eos; & oret super eos, imponatque manus, ac benedicat; & instituat ministros, sicut prius eos admonuerat; debetque distribuere eos per ecclesiæ & monasteria, & prouidere ut * discant; ut reddantur apti & idonei ad ædificationem monasteriorū, & ecclesiærum, & aliorum locorum quæ horum opera indigebunt. & hic Canon caret excommunicatione.

* De pueris clericis instituendis
Tolet. 4.
cap. 23. Vafen. 2. cap. 1.

Cernitur in hoc Canone ratio quedam seminarii ministrorum ecclesiæ, ceu vestigium quoddam seminariorum, quæ nuper secundum decretum Synodi Tridentinæ instituta sunt. Ministri quos iuxta hunc Canonem chorepiscopi instituebant, non erant diaconi neque presbyteri, quos Ancyrr. Syn. cap. 12. prohibet ordinare, sed iuxta Canonem Antioch. Syn. cap. 10. lectores, exorcistæ & hypodiaconi, qui iuxta Carth. 4. cap. 5. manus impositionem non habent. Quare cum hic Canon ait, imponatque manus, intelligenda est manus impositio, non ut imponitur in ordinibus sacris.

De profectione presbyterorum ex castellis & pagis cum chorepiscopo ad salutandum episcopum bis quotannis, & religiosorum ex monasteriis semel, & noui abbatis monasteriis ter.

CAPVT LVI.

Vt chorepiscopus bis per annum congreget presbyteros ad salutandum episcopum, & tradendum se ei, & ad communionem cum eo habendum; & prandeant cum eo: fiatque hoc in principio

Concil. Tom. 2.

Nn ij